

Capitulum

III

187

clare visus sit odiri. Alio modo in effectum. Et quod quidam effectus dei. puta punitione repugnat aliquibus. id est deum odium in operibus iusticie sue. hinc omnia. **U**n alb. sup. puer. ult. de muliere fornicatrix. **D**amnantur nullo affectu penitus se diligunt. **U**n Job. xij. Corpus eius. i. leuitas qui significat dyabolum qui si scuta fusilia compacta squamis sese premitibus. Corpus dyaboli sunt omnes damnati. et scuta fusilia in qua amor diuinus intrare nequeat. unde se se inuicem deridere dicunt et perituri. **N**ec obstat quod diuines sollicitabat de fratribus. quod hoc fecit non amore. sed ut ipse minus arderet. si frater a criminibus ad quem ipse eos inducerat absoluerent. vel ut non sustineret peritiam ipsorum impropanum sibi. vel verius ut dicitur aug. impulsus fuit hoc dicere propter exemplum viuientium. ut magis credant scripture quam etiam mortuis resurgentibus. **T**ercia pena sunt tenebre in tenore que sunt triplices. videlicet priuatio humane scie. celestis. et diuine. De prima priuatione. scilicet de humanis tenebris dubitatur. vix damnati possint vixi noticia quam in hoc mundo habuerunt. **R**u. ito. vbi prius. di. ult. **D**amnantur memorabunt aliquorum que hic scirent. **U**n Lu. xvj. abraha diuini ait **R**ecordare quod recepisti bona in vita tua. **C**onsideratio enim aliquorum scitorum quantum ad aliquid inducit gaudium. vel ex parte cognoscibili in quantum diliguntur. vel ex parte ipsius cognitionis in quantum est proueniens et perfecta. **P**otest etiam tristitie ratio esse. et ex parte cognoscibili que nata sunt commistare. et ex parte ipsius cognitionis propter eius imperfectio desideratur. ut prope cum aliquis considerat se deficere in cognitione alicuius rei cuius perfectionem appeteret. Sic ergo in damnatis erit actualis consideratio eorum que prius sciverant et materia tristicie. non autem delectationis causam considerabunt. Considerabunt enim mala que gesserunt ex quibus damnati sunt. et bona desiderata que hic amiserunt. et ex utroque torquebuntur. **S**icut etiam torquebuntur de hoc quod considerabunt noticiam quam de rebus speculabilibus habuerunt imperfectam esse et amisisse sum

mam eius perfectionem quam poterant adipisci. **D**emum etiam ea que hic agunt ostendent eis quo ad ea que eis tristitia augere possunt. **N**ec damnati penitus acerbissimis torris abstrahent sicut hic sit a desiderato tristitiam. quod in futuro non abstrahet aia a corpore. sicut hic sit sed quantum cumque corpus affligetur. in aia spiritus desiderabit lucidissime illa que possunt esse ei causa meritis. nec oblivio esse poterit ex quantitate diuturnitate temporis post iudicium. hinc ille. **S**ecundo tenebris que sunt priuatione celestis visionis affligent. **U**n fm ito. vbi prius. di. ult. **E**t item habet ibi in lea a beato greg. **D**amnantur autem die iudicij videbunt bonos in gloria. **U**nde Lu. xvj. **D**iuines vidit lazari in sinu abrahe. non hoc modo quod gloriam eorum quis sit cognoscant. sed solum modo cognoscet eos esse in gloria quod a inestimabili. et ex hoc turbabunt. tunc propter inuidiam dolentes de bonorum felicitate. tunc propter hoc quod ipsi gloriam tale amiserunt. **U**n de Sap. v. de impijs **V**idetes turbabunt timore horribili. sed post die iudicij ois visionem beatorum priuabunt. nec tamen ex hoc eorum pena minuet sed augetur. quod in memoria habent gloriam beatorum quam in iudicio vel ante iudicium viderunt. et hoc est eis in tormentum sed ulterius affligent in hoc quod videbunt se indignos reputari. etiam videte gloriam quam sancti merentur habere. hinc ille. **T**ercio affligentur tenebris circa diuinam noticiam. **Q**uerit igitur an damnati cogitabunt aliquid de deo. **R**u. ito. vbi supra quod sic. **S**ed notandum inquit quod deus propter duplicem desiderari. **U**n modo fm se. et fm illud quod est proprium ei. scilicet esse totius hominitatis principium. et sic nullo modo desiderari propter sine delectatione. **U**nde sic nullo modo a damnatis cogitabit. **A**lio modo fm aliquid quod est ei quasi accidentale in effectibus suis. ut prope punire vel aliquid hominibus. et fm hoc desideratio de deo propter tristitiam inducere. **E**t hoc modo damnati de deo cogitabunt. **I**psi enim deum odio habent. et de eo non cogitabunt nisi ratione punitionis et prohibitionis eius quod male eorum voluntati personat. unde non desiderabunt eum nisi ut punirentur et iij.